

Privilegium Jacobi episcopi innovatorium
antiqui super molendinum in Semielnicza
Walpurgij concessum

23.

In nomine Domini amen. Nos Jacobus Dei gratia
episcopus Plorensis, ad perpetuam rei memoriam tenore
presentium deducimus, quibus expedit universis, quomodo
do honesta mulier Walpurgis relicta olim Andree molendinatoris
in Semielnicza, una cum suis pueris legitimis, ad nostram
presertim nobis in capitulo generali cum fratribus nostris
prelatis et canonicis capitulo Plorense sedentibus, veniens
aperuit, quomodo quibusdam casibus evenientibus privilegium
quod super molendino suo in Semielnicza, in rivulo sive fluvio
dicto Ulbyedra, sive Sarsiennicza, et per ipsum Andream
virum suum empto, habuit ipsum privilegium, perdidit,
nec aliquomodo apparet. Ideo ne ipsam Walpurgim
et suos successores legitimos aliquis in dicto molendino,
ac iure et iuribus ipsius molendini, ad ipsum spectantibus,
aliquomodo perturbare et impedire possit, sibi que
volens de remedio providere, nobis humiliter supplicavit,
quatenus novum privilegium, iuxta modum et formam
antiqui privilegii super dicto molendino ipsi Walpurgi
et suis successoribus, dare et tribuere dignaremur.
Nos vero petitionibus dicta Walpurgis ac iurium
in ipso contentorum, ac iuri et rationi consonis,
et nulli preiudicium ea hoc generare volentes,
suique idemptitati providere cupientes, habitaque
veridica informatione de tenore et forma huiusmodi
privilegii antiqui, ex depositione fide dignorum testium,
qui huiusmodi privilegium in manibus habuerant,
presens privilegium ipsi Walpurgi et suis legitimis
successoribus, de unanimi consensu fratrum

nostro nunc

nostrorum capituli nostri Blouensis, nobiscum capitula-
lanter in Bloorzko congregatorum, datus concedimus, ac
huiusmodi molendinum cum omnibus et singulis parti-
nentis, ipsi Valpurgi et suis successoribus, de unanimi
consensu dictorum fratrum nostrorum capituli nostri Blou-
ensis, sub modis et conditionibus infrascriptis, gratiose dona-
rimus et dedimus, et tenore presentium datus, donamus
et conferimus, per ipsam Valpurgim et suos successores,
habendum, tenendum, regendum, gubernandum, cum o-
mnibus et singulis proventibus, utilitatibus, et emolumentis
universis, pacifica et quiete, perpetuis temporibus
possidendum, vendendum, donandum, commutandum et
obligandum, in toto vel in parte, de nostra tamen et no-
strorum successorum voluntate et consensu. De quo qui-
dam molendino ipsa Valpurgis et sui successores, nobis
et successoribus nostris, singulis diebus et perpetuis tem-
poribus, pro annuo censu, unam sexagenam grossorum
Pragensium, vel equipotentis monete, pro quanta gros-
sus emi poterit, in festo purificationis beatae Mariae vir-
ginis gloriosa, solvent et dabunt. Habetit etiam dicta Val-
purgis et sui successoris legitimi, unum ortum penes
dictum molendinum ac rubeto uti circa dictum molen-
dinum, inter mansos kmethonum villa nostra Bo-
dolschycze iacentem, pro reformatione aggeris dicti molen-
dini ac stagnum vulgare Ithawysko antiquum, que
omnia ista, prefata Valpurgis in dicto suo privilegio an-
tiquo habuit. Tenebitur etiam dicta Valpurgis et sui
successores legitimi, servitia levia cum bippenne, si-
cut et alii molendinatores nostri, ad curiam et ad dor-
nos nostras, et nostrorum successorum, in Bloorzko et
Bodolschycze, requisiti tamen, totiens quotiens opus
fuerit, facere et impendere, ac frumenta et brasea cui-
uscunque grani et seminis, pro nostro et successorum

nostrorum

nostrorum usu, absque receptione cuiuslibet mensura
 sive metreta, molere tenebuntur, quos etiam nos tenore
 presentium obligamus, et omnibus hominibus de ip
 sa Valpurgi et suis successoribus, pro quibuscunque
 causis querulantibus, seu iudicialiter agere volentibus,
 in dicta nostra villa Podolschyeze, iuram nobis
 vel procuratoribus nostris, et successorum nostrorum,
 iure Culmensi respondebunt, et respondere sicut astrikti.
 Verum quia molendinarios, de ipsorum molendinis
 sine causa legitima dominos suos damnificare volentes,
 licentia non habita neque petita, solent recedere,
 et aliis molendinarios, qui in dicto molendino resi
 dere vellent, comminationes incendiorum sive ignes, et
 etiam mortis pericula incutere consueverunt, et sic
 molendina desertantur, et damna ipsis dominis infer
 runtur; idcirco huiusmodi casibus, damnis et periculis,
 remedia adhibeamus; volumus et tenore presentium or
 dinamus, quod si ipsa Valpurgis vel sui successores,
 malitiose et absque licentia nostra, et successorum nos
 trorum de dicto molendino recederent, et causam propter
 quam reciperunt, iuram nobis et successoribus nostris et
 capitulo nostro allegaverint, nec iustitiam sibi mini
 strare petierint, nec iuri parere voluerint, et aliis qui
 in dicto molendino residere vellent, comminationes aliquas
 manifestas vel occultas fecerint, vel aliquomodo, per se vel
 interpositas personas impedierint; extunc omne ius quod
 in dicto molendino habuerint, vel habere possent, ipso
 facto perdent, quod etiam nos ex nunc prout extunc, an
 nullamus, ac nullum et irritum declaramus in his scri
 ptis. In quorum omnium et singulorum fidem et tes
 timonium premissorum, presentes nostras literas, praesens
 privilegium scribi, sigillisque, nostro et capitulo nos
 tri maionibus, iussimus roborari. Actum et datum

in Ploerko

in Błoczko feria quinta in crastino natiuitatis beate
Mariae virginis gloriosa, sub anno domini 1423. In-
dictione prima, die Iouis, nona mensis septembris, pon-
tificatus sanctissimi in Christo patris et domini no-
stri domini Martini Divina providentia papa quinti
anno ipsius sexto, hora tertiarum vel quasi. Presenti-
bus ibidem venerabilibus et honorabilibus viris domi-
nis, Stanislao Divina potentia abbate Curvenensi, Jo-
anne Rosani canonico et officiali, Borzywogio decan-
o, Mathia scholastico, Mathia cantore, et Iacobo cu-
stode, prelatiis. Mroczcone de Kysielewo, Andrea de Gra-
lewo, Andrea de Blonysko, Alberto de Zagrzeba, Bernhar-
do de Junyecz, Nicolao de Gralewo, Paulo de Cozlowo,
Dominico de Bijelyrije canonicis ecclesie Błocensis, et
aliis quam pluribus fide dignis prelatiis et canoni-
cis